Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Non oportet fratres mei hec ita fieri. Numquid
fons de eodem foramine emanat dul
cem et amaram aquam. Numquid potest fratres
mei fici vuas facere. aut ficus. Sic
nec salsa. dulcem potest facere aquam. Tu lectio.
Quis sapiens et disciplinatus inter vos ostendat
de bona conversatione sua opera. in mansue
tudine sapiencie. Quod si zelum amarum
habetis et contencionem in cordibus vestris. nolite
gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Et
Non enim est ista sapiencia descendens.
sed terrena. animalis. diabolica. Ubi enim
zelus et contencio. ibi instancia et omne
opus pravum. Que autem desursum est sapiencia
primum quidem pudica est. deinde pacifica.
modesta. suadibilis. bonis consencientes. ple
na misericordia et fructibus bonis. iudicans sine li
tigio. Fructus autem iustitie in mansuetudine et
in pace seminatur. facientibus pacem. Unde vel